

Ingens sit caedes: sternuntur inertia, BLAT-
TAE,

Corpora: BARBARIES se dat abacta
fuge.

FABELLA comes: perimuntur anilia pas-
sim

SOMNIA: NVGARVM maxima
turba cadit,

Ipsè dein victor, monumentis inclita rerum,
Historia, ex spolijs, docta trophaea dicat:

Qua memori nunquam longi vis temporis au-
Eximet: aut veniens destruet vlla dies.

Gratylor ergo tibi felix Albine laborum:
Cui debet, lucis patria quicquid habet:

Qua neg, gesta prius, neg, se bene nouerat ipsa,
Nunc per te didicit qua sit: & vnde genus.

Præma si præsens tibi forte negauerit etas:
At pia POSTERITAS splendidiora

feret,
Interea tuus iste tuum testetur amorem

in Patriam, toto notus in orbe Liber,
Dresdæ Anno 1580.

IN LIBROS COMMENTA-
riorum Mysnicorum Petri Albini, Illu-

strissimo Principi, Electori Sax:
ab archiuo & secretis,

Urbanus Pierius D. Theologus, Super-
attendens Dresdensis, &c.

Hic celebrat scriptis patriam, ausis fortibus
ille:

Premio & elogio dignus uterq, suo est.
Scripta tamen durant, verum res fortiter

acta,
Ni facias scriptis viuere, morte cadunt.

Ergo quod ALBINVS Patriam describit, &
urbes

Ornat, & Heroum splendida facta refert,
Quodq, vetustati facies in imagine sculptas

Induit artificis dexteritate nouas,
Quodq, metalliferos mōtes & operta recludit,

Qua, alia auctoris pagina dena notat:
Æternum patriæ nomen, ducibusq, Mysiq,

Nec non Saxonibus, Tyrigetisq, parat.
Tot facit idcirco qui viuere, viuat ut, & cui

Digna rependatur gloria, dignus erit.
Anno 1589. Dresdæ.

IN CHRONICA MYSNEN-
siæ viri clariss. D. Petri Albini, Secretarij

& Historici Saxonici,
Iohannes Lauterbach in Nosco-

vvitz. I. V. D,

Qvesta diu fuerat sibi Misnia culta deesse,
Qui memori celebrent acta vetusta
stylo,

Gentibus Historiæ præbent quia lumina vitæ,
Et sine literulis nulla trophaea manent.

Cum DEVS ALBINI stimulos in pectore
vertit,

Pieridum cuius flagrat amore chorus,
Ergo, quis Patria fuerit vetus incola, dicit,

Prælia, Duçtores, atq, metalla refert,
Viq, sit ad montes illinc porrecta Sudetes.

Limes ut hinc Sala flumen, & Albis, ait,
Quicquid habent clari vicinus Saxo, Durin-

gum
Mysorum populis, hic reperire licet.
Gestaq, non tantum longis patefecit ab annis,

Victurum tabulis sed decorauit opus.
Est sua FABRICIO laus, viuat AGRICO-

LA chartis,
Vatis & ALBINI non morietur honos:
Anno 1589. Noscovicijs,

DE COMMENTARIIS MYS-
nicis Petri Albini (quot quidem eorum

tum temporis instituti & inchoati fue-
runt) Epigrammata Abdiæ

Prætorij V. CL.
De Mysnia,

Mysnos inter Petrus Niuemontius omnes,
Ut post se noscat Mysnias ipsa, dabit,

De Metallico.
Mysnide sub terra, Niuemontius omne reclu-

det,
Quod latet, & Ditem protrahet ad supe-

ros
De VVitekindo.
Engra VVitichindum primo, Padeborna se-

cundo
Condiderat, tandem Mysnide surgit hu-

mo.
De clypeo Saxonico.

Saxona nunc iterum consueto in Marte resulu-

gent
Arma, Duciq, suo militat acer Equus.

De catalogo oppidorum Mysniæ.
Oppida tot clari Niuemontius hit astris

Vnus: Ama ciuem Mysnia grata tuum.
De Nobilitate Mysnica.

Nobilitas docto quantum Lazio Austria, tan-

tum
Petre tibi debet Mysnica nobilitas,
PP II, De